Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quecumque volueris cum fratribus tuis facere
auro et argento perfice secundum voluntatem
secundum preceptum domini dei tui. Et sa
crosancta vasa que data sunt tibi ad
opera domus domini dei tui que est
in iherusalem. Et cetera quecumque tibi subvenerint
ad opera templi dei tui dabis de rega
li gazophilatio. Quecumque volueris
cum fratribus tuis facere auro et argen
to perfice secundum voluntatem domini.
Et ego quidem rex artaxerses precepi
custodibus thesaurorum syrie et phenic
es. ut quecumque scripserit esdras
sacerdos et lector legis domini diligenter
dentur ei usque ad argenti talenta
centum. similiter et auri usque ad frumen
ti modios centum et vini amphoras
centum. et alia quecumque habundant sine
taxatione. omnia secundum legem dei
fiant deo altissimo. ne forte exur
gat ira in regno regis et filiorum eius.
Vobis autem dicitur ut omnibus sacerdo
tibus et levitis et sacris cantoribus et ser
vis templi et scribis templi huius
nullum tributum neque ulla alia indic
tio irrogetur. nec habeat quisquam potestatem
obicere eis quicquam. Tu autem esdras secundum
sapientiam dei constitue iudices et arbitros
in tota syria et phenice. et omnes qui
legem dei tui noverint doceto. ut quicumque
transgressi fuerint legem diligenter plec
tantur sive morte sive cruciatu si
ve etiam pecunie multatione vel
abductione. XXI.

Et dixit esdras scriba. Benedictus
dominus deus patrum nostrorum qui
dedit hanc voluntatem in cor
regis. clarificare domum suam que est
in iherusalem. et me honorificavit in conspectu
regis et consiliariorum et amicorum eius et pur
puratorum eius. et ego constans animo
factus sum secundum opitulationem domini dei
mei. Et congregavi ex israhel viros. ut si
mul ascenderent mecum. et hii sunt pre
positi secundum suas patrias et principat

portionales eorum qui mecum ascenderunt
de babylonia in regno artaxersis. ex
filiis phares gersomus. ex filiis sie
marith amenus. ex filiis david. attus
filius sechelie. Ex filiis phares zacha
rias et cum eo reversi sunt viri. CL. Ex
filiis ducis moab elihonias zarachi.
et cum ipso viri. CC. Ex filiis zatues
iechonias zechelis et cum ipso viri. CC
L. Ex filiis solamasias gotholie. et cum
ipso viri. LXX. Ex filiis saphatie zari
as michelis. et cum ipso viri LXXX. Ex
filiis iob abdias iezeli. et cum ipso
viri. CCXII. Ex filiis banie salimoth
filius iosaphie. et cum ipso viri. CLX.
Ex filiis beer zacharias bebei. et cum
ipso viri. CCVIII. Ex filiis asathue iohan
nes acharie. et cum ipso viri. CX. Ex
filiis adonicham ipsis posteriores.
et hec sunt nomina eorum. eliphalam
filius gebel et semeas. et cum ipso viri
LXX. Et congregavi eos ad flumen quod dicitur
thia. et moratus illic fuimus triduo.
et recognovi eos. Et ex filiis sacerdotum
et levitarum non inveni illic. XXII.

Et misi ad eleazarum et eccelom
et masman et malobam et enaa
than et samea et ioribum. na
than. ennagam. zachariam et mosolla
mum. ipsos ductores et prudentes. et dixi ei
ut venirent ad loddeum qui erat apud
locum gazophilatii. et mandavi
eis ut dicerent loddeo et fratribus eius et
his qui erant in gazophilatio ut
mitterent nobis eos qui sacerdotio fun
gerentur in domo domini dei nostri. et
adduxerunt nobis secundum manum va
lidam domini dei nostri viros prudentes
ex filiis mooli filii levi filii israhel
sebetan et filios et fratres qui erant XVIII.
asbyam et annum ex filiis filiorum cha
nanei. et filii eorum viri XX. Et ex his
qui in templo serviebant quos de
dit david et ipsi principes ad opera
onem levitis templo servientium C.